

DE METROP. ET COLLE. ECCLESIIIS. Fo. XV.

ET quum Christus tanto serio iurandi facilitatem prohibuerit, vt nisi ne- Math. 9
cessitate veritatis, alioqui periclitandæ, cogamur, omnino non iurare
debeamus, coercenda est illa immoderata in Capitulis iuramentorum exa-
ctio, per quam necesse est, vt multi in ancipitia periuria corruant, quorum c. & si Chrs
de iurciu.
non tantum illi qui peierant, sed & qui causam periurij temere exigendo
præstant, rei sint. Nam Christi verbum est: Sit verbum vestrum, est, est: non
non, quod amplius est, a malo est. Et in Ecclesiastico legimus: Vir multū iu- Ecci. 32
rans, replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga, Si nos ipsos iu-
dicaremus, non vtique dijudicaremur.

Inter visitandum de moderandis annis (qui expectantiæ
appellatur) videndum. Cap. XXI.

NVM annos (qui expectantiæ appellatur) moderari possimus, videbi-
mus inter visitandum, quando nobis vel id maxime curæ erit, vt qui
recens accesserunt Canonici, aliquot annis de consensu Capitulum suos
rum bonarum, ac potissimum sacrarum literarum studijs, in Academia ali-
qua publica & bene Christiana incumbant, vtq; tum sequantur illos inte-
rim redditus præbendarum suarum, quotidianis distributionibus tantum
exceptis, aut portio eiusmodi personis, iuxta ecclesiarum statuta & con- Hono. iij. c.
Sup speula.
de magist.
suetudines assignata. Multum enim refert viros doctos esse in ecclesia dei,
qui veluti splendor firmameti fulgeant, & tanquã stellæ in perpetuas æterni-
tates mansuri, ad iustitiã plurimos valeant erudire. Indignum ergo studio
tam frugifero intentos, ac in vinea domini operantes, diurno denario frau-
dari, modo tamen testimonium exhibeant magistrorum, quod totos illos
annos rectis operam dederint disciplinis. Per hæc tamen Canonis indutias,
(quæ se latius porrigunt) nolumus coartare.

Non oportere a Canonico recens admissio, pecuniam sta-
tutariam duplicatam ob antecessorem exigi.
Cap. XXII.

NEC ferendus nobis diutius videtur mos ille irrationabilis, quo ad vnani
præbendam receptus, ob suos in eadem præbenda antecessores non
receptos (a quibus ius non habet, sed potius a conferente vel instituyente) c. non debet
de reg. iij.
in vi.
pecuniam statutariam sæpius exoluere compellitur. Nec ignoramus quos-
dam Decanos & Capitula in eo esse, vt hæc pecuniaria onera (qua recens
recepti, contra sacrorum canonum dispositionem grauantur) indies nouis
quibusdam adinventionibus grauiora, ac tandem importabilia efficiant,
quod penitus improbamus.

Communi necessitati ecclesiæ, communi contributione
consulendum. Cap. XXIII.

Quod